AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 126v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in me manet. Ego in illo. Hoc est quod manducare illa esca et illud bibere potu. in xpo manere. et illum manentem in se habere. de p hoc quod manet in xpo et in quo manet xpc. p culdubio nec manducat eius carnem. nec bibit sanguinem. etiam si tantere rei sacramentum ad iudicium s manducet et bibat. Sicut misit me inquit uiuens pater. et ego uiuo
3 propter patrem. et qui manducat me. ipse uiuit propter me. Non autem sicut manduco patrem ego uiuo propter patrem. s. qui manducat me et ipse uiuit propter me. Non enim filius participatione patris fit melior quem natus equalis. sic participatione filii p unitatem corporis eius et sanguinis qd illa manducatio potatio q significat nos efficit me
4 liores. Huium quod nos propter ipsum manducantes eum. i. ipsum accipientes etiam uitam. quam non habebamus ex nobis. uiuit autem ipse propter patrem missus a deo. et semet ipsum exinaniuit. factus est obediens usq ad mortem crucis. Si enim secdm id accipimus uiuo propter patrem. qd alibi ait pater maior me est. sic et nos uiuimus propter ipsum et maior nobis est. hoc ex eo qd missus est factus est. Missio quippe eius exinanitio sui met ipsius est. et formem seruilis acceptio. Qd recte intelligitur seruata etiam filii cum patre equalitate nature. Maior est enim pater homine filio. s. equalem habet dm filium. cum idem ipse sit et ds et homo dei filius et hominis filius unus xpc ihc. In quam sententiam si recte accipiunt hec uba tta due. sicut me misit uiuens pater. et ego uiuo propter patrem. et qui me manducat et ipse uiuit propter me. ac si diceret. Vt ego uiuam propter patrem. i. ad illum tanquam maiorem referam uitam meam. exinanitio mea fecit inquit me misit. ut autem qsq uiuat propter me. participatio fac qui manducat me. Ego itaq humiliatus uiuo propter patrem. ille erectus uiuit propter me. Si autem ita dictum est uiuo propter patrem. quia ipse de illo. non ille de ipso est. sine detrimento equalitatis dictum est. Nec tamen dicendo et qui manducat me ipse uiuit propter me. eandem nram et suam equalitatem significauit. s. gram me
5 diatoris ostendit. hic est panis qui de celo descendit. ut illum manducando uiuamus. qui etiam uitam ex nobis habere non possimus.
6 Non sicut manducauerunt inquit patres uri manna. et mortui s. Qui manducat hunc panem. uiuit in eternum. Qd quidem illi mortui s. ita uiuit intelligi. ut non uiuant in eternum. Nam temporaliter et hi profecto morientur quia xpm manducant. s. uiuunt in eternum quia